



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

22 Junii. 10 Kal. Julii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

S
cubui-
Episc.
is con-
tentum
orbos
am o-
fissiles,
, nec
quam
, tui
appa-
em ir-
effes,
nisit,
initis.
cum
fuga
: rege
& de
quar.
reces
audi-
erbo-
mus;
&c.
ater,
i, ut
: esto
con.

XXII JUNII. 529

consultrix cordis mei: effice, ut faciam
omnia, & singula, juxta consilium
cordis tui!

22 Junii. 10 Kal. Julii.

Sancte Pauline Ep. pro unico vi-
duæ pauperis filio, sponte ca-
ptive, & hortulane; qui deinde,
quantus es, Regi divinitus of-
fensus per quietem, cum Christia-
nis captivis, ac donis, libertati re-
stitutus es: cui triduo ante mortem,
Sancti Martinus, & Januarius M.
cælo spectabiles, te ad eandem
beatitudinem invitabant: quo mo-
tiente, conclave terræ motu con-
cussum est: qui, post mortem, Jo-
anni Episcopo, Angelicâ claritate,
ac cælesti dignitate conspicuus, di-
visti, ut solveret vincula tædio-
rum suorum, & ad gloriam immor-
talitatis iret. Ora, nemoriens ab-
sipiari in captivitatem æternam!
Offer merita Dei Jesu pro me, &
tua. Solve vincula mortualium tæ-
diorum meorum in tædiis mortis
meæ! & voca me, vindica me, au-
fer me hinc illuc ad liberos Dei!
Amen.

O gloria sanctorum decem
millium Martyrum crucifixorum
Hh coro-

530 ANNI CÆLESTIS

corona! quos spinis, flagellis, & aliis suis tormentis cruciatos, innovatis suæ mortis tenebris, aliquaque stupendis, honoravit Jesus; & vobis pro iis, qui vos invocaturi olim essent, orantibus, vox e cælo lapsa, vos ad cælum invitavit, ac exauditam esse vestram pro illis orationem, dixit; corpora vero vestra e crucibus Angeli deposuere.

S. Albane, qui pro Clerico hospite, quem susceperas, te ipsum tradens, post tormenta, capite plexus es Martyr.

Sancte miles, à S. Albano, cum illum ad martyrium duceres, converse, & cum illo Martyr.

O sancti mille quadringenti octoginta Martyres.

S. Nicæa Episcope.

S. Consortia Virgo.

S. Joannes Ep. à S. Paulino ad cælestia regna vocate.

S. Achatius Dux, magistris Angelis de hoste victor, posteà sancte, &, unà cum tuis, spinis coronate Martyr.

S. Eberharde Archiep. pacifice; ante cujus mortem glriosus tibi in cælo thronus paratus est visus.

OMNES SANCTI, &c.
pag. 320.

S. MA.

XXIII JUNII. 531

S. MARIA, quæ S. Eberhardo
Episcopo, pro tuo nomine liberali, cum
calice aureo, & liquore cœlesti, con-
specta es: ora, ut quidquid offero tibi,
sit pretiosum, ac dulce; & ut illud
corde aureo, ac mundo, non ferreo,
& sordido, offeram!

23 Junii. 9 Kal. Julii.

B Eata Maria de Oegnies, cui com-
edenti S. Joannes Evangelista cum Angelo adfuit; ad quam
supplicabundas è purgatorio ma-
nus tendebant captivæ illi cœanimæ;
quæ flexis centies quotidie genibus
orabas, & trecentis plagis lacera-
bas castissimum corpus; quæ à mo-
tiente fœminâ dæmone pulso, illi
cor pœnitens impetrâsti, alias, ob-
vestium superbiam, in educendâ
prole negligentiam, & immoder-
atum viui usum, damnandæ in æ-
ternum: quæ ante mortem ad San-
cta sanctorum invitata à Sanctis,
à MARIÀ visitata es. Adesto tu mihi
comedenti, bibenti, dormienti,
laboranti, oranti, morienti: fac,
ut omnia faciam Dei mei amore.
da, ut corpus meum ita tractem,
ut profit animæ meæ, ac animabus
in purgatorio, à Deo adhuc exuli-

H h 2 bus.